

1918

# ETHICA

SEU

## PHILOSOPHIA MORALIS

### PRÆNOTIONES

**I. Ethicæ definitio.**—Nomen *Ethica*, graece ~~ἠθικα~~, latine, *mos* dicitur : *ethica de moribus hominum agit.* <sup>3</sup> *Latissimo sensu*, *mos* significat *quamdam inclinationem naturalem ad agendum*, unde dicitur etiam de animalibus brutis ; *sed stricto sensu*, *mos* significat *modum constantem et uniformem agendi creaturarum rationalium in his actionibus quæ ab intellectu et voluntate libera procedunt* ; ideo « mores proprie dicuntur humani », « nam idem sunt actus morales et actus humani. » <sup>(1)</sup>

*Ethica*, quoad rem definitur : *scientia practica, actuum humanorum directiva ad honestatem naturalem, secundum lumen naturale rationis.*

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.* I-II, q. 1, a. 3.